


Titius



Titius + 1611. Jan. 8.

LACHRYMÆ DENICALE, ⁴ Gen

IN FUNERE

REVER.^{di} ET CLARISS.^{mi}
VIRI,

DN. M. PETRI TITI,

PASTORIS ECCLES

BETHANIENS. ET DYNASTIÆ

SCHÖNAICHIAN.

PRIMARI,

SS.^{tz} THEOLOGIÆ PROFESS.

IBIDEM EXCELLENT.^{mi}

EFFUSÆ ^{Jan. 1611.}

à

PROPINQUIS, COLLEGIS,

A M I C I S.



BETHANIÆ AD VIADRUM

EXCUSÆ TYPIS JOHANNIS DÖRFFERI.

1.

5

Efaïæ LVII. v. 5.

Justus obit, & nemo
homo reponit in ani-
mo.



549925



D. O. M.

ET

MEMORIE

M. PETRI TITI

et maxime.

HOc recubat Titus tumulo. vis plura,
Viator?
Laudibus extollet posthuma fama,
Virum.

Virtutem rari præsentem amplectimur: at qui
Sublatam ex oculis heu querimur miseri!

II.

ET Fidei sanæ sincerum expromere dogma,
Et factis vivam constabilire fidem,
Est Doctoris opus; quâ Titus laude triûphat.
Dic mihi quot possis huic numerare pares?

III.

PETRUS eras, durâ non asperitudine morû:
Pectus enim nullum Te magè mite fuit.
Candor erant, sine felle, fides, constantia, jura
Divitiæq; Tuæ, delitiæq; Tuæ.
Nec mirû: Tibi PETRA fuit solidissima Christus:
Hæc stantem nemo; qui labefactet, erit.

CASPAR DORNAVIUS.



NE pœnas Orbi decretas, TITUS, videres:
 Præripuit properâ Te quoq; morte DEUS.
 Vix habuit similem fecundo flumine fandi
 Patria: tam facili voce regebat oves.
 Est nitor in dictis; sunt nervi, rara facultas
 Plurima cogendi sub ratione brevi:
 Seu populum templi sacra ad suggesta doceret;
 Sive ad Gymnasij pulpita clara novi.
 Nunc sua doctori respondet in at here merces;
 Et res, quas alijs voce precatus, habet.
 Quanta fames Verbi! quanta & contagio fraudum;
 Tali ex pastorum morte sequetur oves!
 Consule Christe gregi, tristemq; repende ruinam;
 Crux tua sit fulcrum, sanguis & unda salus.

Jeremias Colerus Illustr. Baron.
 Schœnaich. concion. Aul. & Gymnasij Professor. Theologia.



Ος ποτε Θεουίνης θεόφρασον δόγμα λαλήσας
 Χριστολογει σωσθῆ ἡμάς· πόλλ' ἀρήν:
 ὅς ποτε Μωσαικῇ νεανίσκοις ἀνδράσι Φθολῆ
 Κοσμολογεὶ δειξάς συμπρεπον εὐσεβείης:
 ὅς ποτε σεμνοτάτοις βαλεύμασι πολλὰ διδάξε
 Φέρτερα, τίω δόξαν συμπεροκαλῶσα Θεῶ:
 Ἐγκυρῶνται τίτῳ κοινῇ προφερῶνται αἶψα,
 Ἀνδρῶν ἐπαρχοῦνται αἰθμον ἡλικίω.
 Τῶτο ἢ τίς κέλεται δίκη ἢ σοφίητε βίητε;
 Οὐλὸς ἐν ἀνθρώποις. Τῶν γὰρ ὄλωλε ποτὴ.
 Ἀλλὰ Θεῶ κέλεται σοφίητε, δίκητε, κρῆτες τε,
 Νοσφίξασ' ἀχάειν, ἔπερῶσθε χάρις.

Θαλλεῖδι

Θαλλεῖδι δεχόμενος λίγα, καμπεῖν ἀγγόλι τ' αἴθερ;
 Ἀνθρῶν δὲ ἀδδω ὅς πα πῆπ ηνε θεῶ.

Sat floruit diu,
 qui maturuit DEO.

σωδθηνητικῶς
 ἔργαυε
 GEORGIUS UECHNERUS,
 S. S. Theol. D. & Prof.
 in Illustr. Bethanéo.

Lesse veni: mæsta carmen dictate Sorores:
 indue ferales, indue, Palla, togas.
 Quale gemit querulus carmen rudo, precipitatum;
 tale mihi durum suggere, Palla, melos.
 Et lesi numeros verba interrupta sequantur.
 murmuræ mœrenti quæ nisi bruta fluant?
 Occidit Antistes Titus, Pietatis alumnus
 & Doctor, sacra Titus in ade potens.
 Occidit, & cælo Mythes meliore receptus,
 orbati liquit limina nuda chori.
 Maturata legens Patris vestigia, solers
 ante Patrem Præco sistitur, ante DEUM.
 O dulce officium, lucri mutatio dulcis:
 ni foret in plebem, ab quanta, ruina rudem!
 In Patre quod sensit non pridem Ecclesia vulnus,
 bei quantum erepti vulnere lesa Patris.
 En recrudescit Nati sub funere, majus
 inq; renascenti vulnere vulnus alit.
 Quæ Patris quomdam languere Ecclesia caput,
 indiga nunc Nati funere commoritur.
 Tantæne vis Fati? respira Ecclesia, dudum
 ferales cobibes turbida Mortis manus.

Nescite

*Nesciet atrata porrò insultare cupresso,
ecce Charon medijs triste resedit aquis.
Vulnera qua sensit lugens Ecclesia, ludens
sentiatur augusto proxima damna lucro.*

*Surge Deus, tantam properus sarcino ruinam:
nil facimus morsus offera Morta tuos.*

condolens

f. Petrus Polenius U. J. D. & P. P. in
Gymnas. Schönauich.

NON Tibi; sed nobis tua mors violenta, inopinaq;
Est, Tite ò nostræ gloria magna Scholæ.
Non est illa Tibi violenta; nec est inopina.
In melius nam Mutatio læta Tibi est:
Lata Tibi est, inquam, iam melius Mutatio. Cessat
Namq; malum omne: mali cessat & ipse metus.
Contra, principium nunc Vita in sede superna
Perpetuæ capiunt Aurea Secla Tuæ.
O quoties optata Tibi est Mutatio talis!
Felicem Te, cui contigit illa citò!
Nos miseros, queis Tu, nulli Pietate secundus,
Doctrinà, Morumque integritate gravi,
Tam subito ereptus nobis, nostroque Lyceo es,
Quod doctâ ornabas Voce, Fideque piâ!
Quæ Tibi mors lucro est, nobis fert flebile damnum:
Nobis, quæ Tibi jam gaudia, sunt lachrymæ:
Quod nunquã veriti sumus; id Tibi contigit: omnis,
Eheu! spes in Te nostra reposita, perit.
Sic, Tibi quod certum est Divini Munus Amoris,
Est læta nobis indubitata nota.

Atq;

Atq; ita, non Tibi; sed nobis tua mors violenta est.
Non Tibi; sed nobis mors inopina tua est.

M. ADAMUS LIEBIGIUS.

VITA hac non vita est; aut si vita hac, mihi vita est;
Invita hac vita est, & via ad vitam necis.
Vivere nam cessat vita; aut si vivere vita
Non cessat: vita spongia, vita mea est.
Dic mihi, quis vixit, qui non evexit, & atra
Excitus non sit Mortis ad hospitium?
Omnes sic orimur: morimur sic protinus omnes:
Ludibrium & sortis, Mortis & esca sumus.
Mortem at nequaquam Mortem nam vivere cepit,
Quicumq; evixit, morte solutus homo:
Omni sic liceat tecum PETRE TITE moriri!
Nil morer hanc vitam, nil morer hanc ce necem.
Nam quid in hac vitâ sperem speremq; salutis?
Quid ve ipso à Fidio sperem ego nunc fidei?
Mundus hic immundus, sanies læna malorū est:
Exulat hic Candor, exulat omnis amor.
Exulat & probitas, pietasq; accepta Jehova:
Exulat accepta cum pietate DEVS.
Facta hinc spes ex spes vitæ melioris, & Orbis:
Nos uno in cælo res manet arma spei.
Spes ibi nunc res est: tibi mors nunc est bea spes est:
Nox tibi nunc vox est: nunc vita, vita tibi est.
Munde immunde vale: cælum mihi, Patria, salve:
Cum TITO lucem spero, Ducemq; Deum:
Extremæ pietatis ergo erga Collegam
desideratissimum f.

EXNERUS.

Multi

Multi amplo lacrymantur apparatu
Atq; in Fata acuunt stilum superbum.
Me dolor vetat intimus loquacem.
Defunctus, cuique destinavit, est Vir,
Læta Patria debitos honores:
Quo Pastore pius Fidelium Grex
Carpebat Nemoris Sionij herbam,
Limpidam & simul Israëlis undam:
Qui vestigia Patris insidere
Vifus; ante diem Patrem est secutus.
Manes perpetuum beati avete!
Quid laudare paramus; universi
Quem laudant simul invidi bonique?
Parentare debet? piè parentet,
Qui potest; ideam explicet doloris.
Sed casu super hoc quid ipse volvam.
Sub luctuque silentioq; velo.
Mactanda Iphigenia dum ligatur:
Mærentem effigiat catus coronam;
Sed velat Patris impetum Timanthes.

cum gemitu affundit

MELIDEUS.

Prævia

I.

HAc Schola nostra tenus studijs certare subinde
Cum Templo benè discordibus ausa diu.
Est meus ingenti conclamar voce Lycæum
Ihic Vir; hic est studijs commodus usque meis.
Huic Templū contra: Meus est, mihi mancipio totū
Jure magis digno, & jure magis veteri.
Hancce volens litem TITUS decidere, partem
Dat Templo, partem Gymnasioq; sui.
Ast Deus in cœlis ridens: Totus meus est hic,
Dixit, & abreptum duxit ad astra poli.

II.

Si sincera fides, pietas, reverentia magni
Numinis, & Candor, qui nive candidior,
Si humani mores & culta modestia fortè
Fatali lethes pocula lege bibunt:
TITUS, has ah! tumulo tumularas dicere parvo
Tecum ausim, & vili hinc cespite contegier.

In societate communis luctus plangeb.

M. Elias Schonæus.

TETITE extincto candor, probitasq; fidesq;
Occubuit; prohibet plura referre dolor.
Unde tuam duplici lugemus nomine mortem:
Quod raptus vates, mortua quodq; fides.
Scilicet his terra candor quoniam exulas oris,
Atq; fides, linqvis perfida, justa subis
Regna, quibus sanctam venerare fidemq; sacerrq;
Mysta sonas alta Gloria voce DEO.

Suo bene de se & foris

& domi merito lmq; adsc.

M. David Scandellus.

B

Visa

Visa mori Eusebie, quando sua lumina leiho
 Bethanici TITUS solvit in urbe soli.
 Ast ea Jehova vires modo voce recepit;
 Dum comit axo TITUM jussit adire potum.
 Illic Unum audit triplici sub numine Numen,
 Percipiens vitæ cœlica verba nova.
 Ergo Jehova potens in vota precesq; vocandus;
 Ut rursus Eusebie scandat ab axe poli;
 Aspiciatq; gregem fido Pastore carentem,
 Et mysticam super à mittat ab arce pium;
 Qui summi teneat sacra scita recludere Thora,
 Erudiatq; sacrum religione gregem;
 Hunc ducat recto divini tramite verbi,
 Possumus hoc uno perpete luce frui.

AMBROSII SCHNEEVVEISS
 GorL. Collega in Illustri Scholâ
 Schönauichianâ.

DISTICHON CHRONOLOGICUM

Annum, Mensen, Diem emortualem, &
 defuncti nomen exhibens.

En o Cta Va po LI Iani LUX LUXIe In aXe, bel;
 CVM PetrVS TitVS te Cta beata Caplt. *9. Jan. 1617.*

A. S. G.

Quem vita innocuum, morum cultura politum
 Reddidit, & celebrem docta Camœna Virum.
 Et dignum, Pyllos qui pervenisset ad annos:
 Hunc fore in medio mors inimica rapit.

B

Sed

Sed mortem ô sanctam! mortis benè jura subire
 Cui licet, hoc ipso gratior ille DEO.

lugens adposui
 Sigfridus Glich à Milziz.

Site scire juvat, quisnam hac condatur in urnâ?
 Dicam; sunt TIT I corporis exuvia.
 Hunc Charites; Musæ, Templum, Plebs, Curia luget;
 Fletque marita Virum, fletq; Parentem soboles.
 Edidit hunc fausto celebris Silesia partu;
 Erudijt mentem docta Minerva piam.
 Quippe Sophos inter castos, Mystasque sacros
 Eminuit; Generis Gloria magna sui.
 Hic Christi docuit populum, docilemq; juventam.
 Ingenij mirâ judicijque fide.
 Vivendi exemplum vivis dedit omnibus; idem.
 Edocuit multos cum Pietate mori.
 Quis neget ergo Animam cœlesti sede receptam.
 Insigni semper prosperitate frui?

Johannes Liebhold Fraustad.

Quæ fuerint Petri defuncti dogmata
 Titi,
 Vitaque morsque simul, tu mea Musa
 refer,
 Petrus erat Petri PETRÂ qui ritè docebat,
 Ad Petrâ duxit, ductus & ipse ad eam.
 Titus

Titus erat Titi; Ti Ti pietate valebat;
Cum TITO vixit, TITUS & ipse obiit.
GEORGIUS TILLENUS
scrib.

BEate Tite, si quid in modestia
Bonisque moribus situm est,
Profecto nemo comparabitur tibi.
At hoc fleo; quibus prius
Probæ innocente vitæ imagine, exitu
Quod innocente nunc præis.



Scripti

MARTINUS OPITIUS.

